



## **Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex**

**Delrío, Martín Antonio**

**Mogvntiae, 1624**

Qvæstio XLI. Quid sentiendum de praxi Germaniæ, quæ denunciations  
de choreis, & sagarum conuentibus, hactenus pro veris & sufficientibus, &  
non illusorijs accepit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

Conc. auctoritatis, vel imperij in aliam partem: vel vna iudicio & sermone præualeat, adeo vt dubium esse possit ne contra veritatem vna trahat alteram in suam sententiam: nunquam confrontatio talis permittenda: si nihil istorum adesset, permittendam videri. *Chart. d. lib. 3. c. 1. n. 92.* In facto igitur hoc consistit, & circumstantijs consideratis decidendum. *Etiā in violenta*, hoc est, quam iniuris iudex imperat, *confrontatione*: casus in quibus consulitur legite apud Clarum, q. 45. num. 14. & ibi *Buard. in addit.* & in his ipsis casibus non admittenda, nisi præcedant considerationes exquisitissimæ, & causæ grauissimæ, vt de hærelis crimine docet Penna, ad 3. part. *Directorij Inquis. comm. 23. num. 101.* *vbi de hoc prudenter egit.* Idem censeo de quodam genere confrontationis, quod aliquando iudices decernunt, quod vocatur, *confrontatio ad cortinam.* & minus habet periculi. *de quo Antonius Columba. In forma procedendi extraordinar. in controu. crim. ab arb. 220.* In confrontatione, *spontanea*, quādo paratus est reus alios nondum captos societatis coarguere & conuincere: puto aliud dicendum, vt scripti, l. 5. sect. 10. *circā sin.* nempe hanc nunquam admittendam nisi præcesserint indicia talia, vt propterea nominati citari possint: & iam citati, si non apte obiectiones rei nominantis, & constanter acculantis, soluerint, queant in carcerem compingi. fieret enim alioquin iniuria talibus denunciatis, hoc seqq. DD. *Friburgenses*, & bene addunt, si socius in præsentia & confrontatione suam nominationem retractet, tamquam testem varium & inconstantem denuo torqueri posse. *Farina. supr. à numero 116. vsque ad 150.*

A

## QVÆSTIO XL.

*An dictum Binsfeldij trium vel quatuor fæminarum pro vnius viri denunciatione exigere, debeat obseruari in terris imperij.*

B

**R**espondeo negatiue, tum quia priuati Doctoris dictum est: tum quia contrarium vbique praxis videtur recepisse. lege tradita superius ad q. decimam tertiam.

## QVÆSTIO XLI.

*Quid sentiendum de praxi Germaniæ. quæ denunciations de choreis, & sagarum conuentibus, hætenus pro veris & sufficientibus, & non illusorijs accepit.*

C

**N**

on Germaniæ solius praxis est: sed Galliæ quoque, Hispaniæ, Italiæ ac Belgij. & est optime fundata. Qui pro illusionibus habent, ipsi ab Alciato, Ponzinibioque cum paucis alijs delusi: & magna pars Vueriana farina, non puræ fidei polline, sunt conspersi, lege quæ de hac rescripti, l. 2. *Disquisit. Mag. quest. 16. & l. 5. sect. 16.* Vbi in vltima editione Moguntina anni 1603. fufissime & neruotissime hoc confirmauit, & spero me Lectori veritatis amanti satisfecisse.

D

Consideratis itaque cunctis, quæ & in d. lib. 5. *Disquisitionum*, & in responsione hac quadragenaria scripti, statuo Principem optime de republ. meritum & iustitiæ præclare cōsulturum, si in suo territorio præcise fa-

E

XXXXX

ceret



ceret statutum, quo primum caueret, ad quod denunciationse tortura in hoc crimine posset adhiberi, & licet duæ de iure sufficiant, tamen tres ad minimum requirendas, sine vlla distinctione virorum & sæminarum: 2. quod non attendatur ad contritionem nisi forte aliqua sit notorie incontrita, eo quod nolit confiteri, aut Eucharistiam sumere. 3. quod non requirantur aliæ circumstantiæ, nisi quod sagæ carceratæ, seorsim tamen positæ & examinatæ, atque interrogatæ in genere, viderint N. & N. præsentem in tali congregatione nocturna sagarum: nullis admisisse defensionibus, nisi quæ fun-

A  
damentum habeant in iure naturali fundatum: ratio, quia in criminibus exceptis, iudici quo ad processum remissæ sint solemnitates iuris ciuilibus. 4. cum de persona semel denunciata, possent alij socij interrogari in specie: eiusmodi autem interrogationes speciales admodum sunt periculosæ: quod duæ denunciationse debeant præcedere, vt in specie de persona denunciata, possit interrogari. Quæ eo magis placeret expresse statui, vt iudicis arbitrio, quam paucissima committentur

Hæc saluo meliore iudicio mihi de his XL. questionibus videbantur Græcij Styriæ. IV. Octob. 1602. nunc eadem auxi & recensui Salmantica, XXIV. Iulij, 1604. Martinus Delrio Societatis Iesu LL. licentiatus & S. Theol. Doctor.

